

Instrumento a devotis mulieribus acciperent, sive per se, sive per subiectam personam; quod si quid contra hanc legem donatum esset, sic addiceretur, ut habetur L. 20. de Episcopis & Clericis, Cod. Theodol. hujusmodi lex nedom improbat non fuit, sed maxime laudata a SS. Ambrosio, Ep. 31. ad Valentinianum, & Hieronymo, Epist. 2. modo 34. ad Nepotianum. Et ergo tempore sententiarum Patres, Clericos, ac Monachos a tertiorum possessione arcendos esse.

XXIV. Respondeo neg. conf. Praefati enim Patres legem Valentiniani laudant, non quia censent Clericos, & Monachos possidere, aut sibi testamentum legata acquirere non posse: sed laudant, quia latam ad frandam hypocrisim, & avaritiam Monachorum, & Clericorum: qui eo tempore sub pietatis facio avaritiam regentes, viduarum domos adibant, easque inducebant ad donationes, & legata de bonis suis sibi faciendia: non sine gravi Fidelium scandalo, & damno eorum, ad quos jure sanguinis bona illa pertinebant. Hinc S. Ambrosius laudans Clericos increpans: Possessio inquit Ecclesie sumptus est agerum, Numerusque quos redemptis templo captivos, qui conculcatis alimentis pauperibus, quibus constituto rationi subacta ministraverunt, Peccata regum intercepit, non jura sunt.

S. Hieronymus ait: Pater Aicore, Sacerdos Idololatriam, mitem, & avaritia, Et serva hereditates captivum, sicuti Clericis, & Monachis, hoc lege prohibetur. Et prohibetur non a persecutoribus, sed a Principibus Christianis: nec de lege conqueror, sed dolo, cui necurimus hanc legem. De hac lege fute tractat Baronius, ad an. Christi 370. num. 118. Et videndus.

DUBIUM VI.

Quid, & quomodo sit possessio? Quomodo acquiratur, & deperdatur.

§. I.

Quid sit possessio.

I. Possessio (sine qua saltem regulariter non acquiritur in re dominium) secundum aliquos a Pedum sessione dicitur, Leg. 1. ff. de acquirenda possessione. Quia potissimus actus, quo rerum immobilium (quae proprie res dicuntur) possessionem acquirimus, est possessio pedum intra ipsa. Secundum alios vero derivatur a Res, antiquo nomine, quod est idem, ac Res, & sedes, quasi Cum possessioe sessio. Quidquid autem sit de possessionis Etymologia.

II. Possessio in genere recte definitur, quod sit: Detentio rei corporis, & animi, jurisque administratio. Ita ex Leg. 1. ff. de acquirenda possessione dicitur Detentio, sive justitia, vel juris sive injusta, vel facti solum, ut vidimus. Dicitur Res, sive corporalis, sive spiritualis. Nam etiam circa res incorporatas, ut Beneficia, & Dignitates; imo etiam supernaturalis, ut Gratiam, & Gloriam, possessio dari potest. Dicitur Corporis, & animi administratio. Quia ad possessionem acquirendam, nec sufficit solus animus, seu intentio possidendi; sed etiam requiritur, ut quis rem aliquo modo corporali, ut manibus, pedibus, oculis, aut alio modo a jure constituto apprehendat. Nec sufficit sola detentio, aut apprehensio corporis (quae a Juristis appellatur detentio Animina) alias quocumque quis pedibus calcaret, aut manibus apprehenderet, eorum possessionem acquireret: sed requiritur ulterius animus, & intentio rem illam faciendi suam, & ut suam detinendi, hoc est suo nomine, & auctoritate. Unde Tutor, Depositarius, Commodatarius non sunt proprie possessores rei pupillaris, depositae, commodatae: quia non habent animum illas proprio, sed alieno nomine detinendi.

III. Porro hae corporis, & animi apprehensio non requiritur ad continuandam rei possessionem, sed solum ad possessionis inchoationem. Unde qui jam per praesentiam corporalem, alicujus rei possessionem accepit; etiam praesens rei possessio non semper sit, continuatur in possessione, per solum animi detentionem. Neque requiritur ad inveniendam possessionem, ut omnes partes rei possessa corporaliter apprehendantur; sed facte, ut apprehendens possessionem domus, eam intret. Neque requiritur, ut possessor in propria persona possessionem acquirat: poterit enim hanc acquirere, & detinere per procuratorem, colonum, servum, filium, ex Leg. Generaliter, ff. de Acquirenda possessione, his verbis: Quisquis vestro nomine, nobis voluntarius, sit in possessione, veluti procurator, amicus, hospes, nos possidere videmur.

Tandem dicitur Juris administratio. Ad quod non requiritur, ut jus positive faveat; sed sufficit, ut jus positive non restat, & talis rei detentionem non reddat inefficacem ad consequendos fructus. Quare non excluduntur ab hac definitione possessiones injustae, & male fidei.

§. II.

Quomodo sit possessio.

IV. Possessio recte dividitur primo in justam, sive in possessionem juris, & facti simul; & injustam, sive in possessionem facti tantum. Prima est: Injustitia, seu detentio rei, tamquam sua, cum jure detinendi. Secunda vero est: Injustitia, seu detentio rei, tamquam sua, sine jure detinendi. Distinguntur autem in hoc: quod possessio justa provenit ex legitimo & justo titulo, & parit proprietatem, ac jus rem detinendi, id est, contra quemcumque invasorem medietate a jure permissis defendendi: ideoque dicitur possessio facti, & juris simul.

Et contra injusta possessio nullum tribuit jus justitiae rei possessae, eamque detinendi: & ideo dicitur possessio facti tantum. V. Sed dices. Ex dictis possessio debet esse, jure non restitente: sed possessio injusta jura restitunt; ergo possessio injusta non esse membrum possessionis.

Respondeo, dist. min. Quatenus injusta est, conc. min. quatenus est talis rei possessio, nego minor. Possessio ergo injusta, quatenus injusta, jura restitunt; ideoque ex injusta possessione non oritur jus detinendi, sed potius obligatio illam legitimo dominio restituendi. Quatenus tamen est possessio juridice facta, jura non restitunt. Sit exemplum: si quis vi, aut fraude alienum agrum invadit, possessio est injusta; quia est contra jus naturale, & positivum, quibus vis, & fraus prohibetur: nihilominus est possessio juridica, quia ager non est materia ipso jure prohibita possideri, sicut sunt divisa ne, & res sacra respectu laicorum. Unde licet injustus possessor teneatur ad agrum restitutionem: ex tali tamen possessione aliquos effectus juris reportat: nempe, quod non possit etiam ab ipso domino, sine publica auctoritate ex agri possessione exturbari.

VI. Dividitur secundo possessio in naturalem tantum, civilem tantum, & naturalem ac civilem simul. Naturalis tantum est, quae fit corporaliter detinendo rem, quam alius est vilitate possidet. Civilis tantum est, quae solo animo rem detinet; licet animus ad expellendam possessionem corporalis apprehensio requiratur, ad possessionem tamen retinendam sufficit animus rem detinendi. Naturalis vero, & civilis simul est rei, quae corpore, & animo, nullo alio civiliter possidendo, detinetur. Ex his ultima est possessio omnium perfectissima: secunda perfecta: prima vero imperfectissima: Rem declaro exemplo. Titius ex agro, quom civiliter, & naturaliter possidebat, egreditur, nullo relicto culcone: tunc Titius definit agrum possidere naturaliter, non tamen civiliter, quia censetur habere animum retinendi. Interea Cajus agrum Titii occupat: sic Cajus dicitur agrum possidere solum naturaliter, quamdiu Titius animum retinet, nec depositum agrum recuperandi. Quod si Titius animum etiam agrum recuperandi despondeat: Cajus mox incipit esse possessor tam civilis, quam naturalis illius agri.

VII. Ex his colligitur: posse simul dari duos possessores ejusdem rei in solidum, sub diversa tamen ratione; videlicet, unum naturalem, alterum civilem; sicut in eadem rem unus potest habere dominium directum, & alius utile: non tamen duos possessores ejusdem generis, & rationis, Leg. 3. §. Ex contractu, ff. de Acquirenda vel amittenda possessione, sic: Ex contractu blares comitem rem, in solidum possidere non possunt: contra naturam quippe est, ut cum ego aliquid teneam in tuo quoque id tenere videatur.

VIII. Queres: Quatenam sint privilegia possessionis? Respondeo, praecipua esse quatuor. Primum, quod possessio, si sit bonae fidei parit praescriptionem, & media praescriptione parit dominium. Secundum, quod si oratur dubium circa dominium rei, melior est conditio possidentis; & pro illo ferenda est sententia: quis in pari casu ei eveniendum est, qui habet specialem titulum, sicut habet possessor. Tertium, in iudicio non incumbit possessori dominium rei probare, sed alteri, qui talem rem repetit; quia possessio secum affert praesumptionem dominii. Quartum quod licet possessor sui possessionem etiam armis tueri, cum moderamine inculpatae tutelae. Et hoc non solum verum est de possessione naturali; ut si alius vellet se in domo ejicere, vel pallium a tuis humeris tollere; sed etiam de possessione civili: ut si rediens ad tuam domum, eam videres ab injusto invasore occupatam, potes armis eum repellere: quia hoc non est invadere alium, sed tuam possessionem tueri, Leg. 3. ff. de Vi, & vi armata, C. Olim de rebus, spoliariorum, & Lessius, l. 2. c. 3. dub. 14.

§. III.

Quomodo acquiratur, vel amittatur possessio.

IX. Circa primum respondeo, communiter tribus modis acquiri possessionem: apprehensione vera; apprehensione facta, & legis constitutione. Apprehensio vera est, quae in re corporea fit, manibus, si sit mobilis, ut pecunia; pedibus, si sit immobilis, ut domus, vel ager. Apprehensio facta est actus, qui constitutione, & acceptatione juris habetur per veram apprehensionem, ejusque loco substituitur: ut si accipias possessionem domus per traditionem clavium, vel instrumenti; vel agri, per ejus ostensionem. Legis autem constitutio est modus acquirendi possessionem, sola legis dispositione, absque ulla corporis, vel animi vera, aut facta apprehensione. X. Queres primo: Quomodo requiratur vera apprehensio.

Respondeo, apprehensionem veram requirit, & factam non sufficere. Primo. Quando acquiratur possessio bonorum, quae domino carent, & sunt primo occupantis ea, ut sunt feras, thesauri, pisces, gemmae &c. Unde L. 2. Insuper, c. 1. num. 13. §. Illud, si quis feram vulneraverit, & eam non cepert non censetur illam possidere, neque suam facere. Secundo. Cum depositarius vult vi, vel clam depositum possidere: tunc debet illud apprehendere, & loco movere, Leg. 3. Si rem, ff. de acquir. poss. Tertio. Ut haeres acquirat possessionem bonorum defuncti; quia domino carent a quo tradantur, Leg. 2. ff. de acquir. poss. Si tamen res aliqua capi consuevit, non per se, sed per aliquid sui; ut equus per capillum, vinum per dolum; ad veram apprehensionem sufficit, si illud capiatur per illud, per quod capi consuevit.

QUESTIO VI.

De Modis acquirendi Dominium.

Post factam communi hominum consensu, & jure Gentium rerum divisionem, atque ideo dominiorum acquisitionem, seu acquisitionis dominii capaces, sunt in triplici differentia. Vel enim actu sunt dominio alicujus subiecta, vel etiam sunt indivisa, seu necdum occupata; vel dominium aut possessorem, quem habebant, & translatione acquiri, certum conditionis traditione, & translatione acquiri, certum habemus. At res secunda, & tertia conditionis variis modis, juxta Legispositos, sub dominio veniunt: puta occupatione (cujus sunt venatio, aucupium, piscatio) inventione, alluvione, accessione, commixtione, formatione, usurpatione, seu praescriptione. De his in praesenti quaestione agendum erit.

DUBIUM I.

De Venatione, Aucupio, Piscatione.

§. I.

De Animalibus Manu factis.

I. Venatione capiuntur ferae, piscatione pisces, aucupio aves, quae omnia animalia sunt. Ex his tamen alia sunt natura sua manu facta, ut oves, gallinae, canes &c. alia natura fera, & sylvestria; & ex his aliqua interdum manu facta, ut cervi, falcones, & aliqua venatione, aut aucupio capta, quae hominum industria manufactae. Alia jure naturali libertati relicta, ut ferae in sylvis, & montibus, pisces in lacubus, in fluminibus, in mari. Alia vero conclusa, ut pisces in stagnis, & piscinas, feras, & aves in aliquo certo loco clausa. Hic de animalibus venatione capi solitis tantum agemus.

II. Dico primo. Animalia domestica, & ex natura sua manu facta, est egrediuntur e custodia sui domini, & longius abeant, non eximuntur ab ejus dominio. Ita habetur Insuper, L. 5. §. Gallinarum, ff. de Acquir. rerum dominia. Et ratio est. Quia illa sola animalia sunt primo occupantis, quae libera sunt: sed ejusmodi animalia, utpote ex natura sua domestica, & intra moralem potestatem sui domini conclusa, non censentur libera; ergo &c. Quare ovis ex lupi cubibus erepta, quamvis mortua, est suo domino restituenda, per legem citatam.

III. Dico secundo. Animalia natura sua fera, sed hominum industria manufacta, tandiu manent sub dominio sui domini, quando habent consuetudinem redeundi, vel quanta facili negotio reduci possunt: amissa vero consuetudine revertendi, & spe ea recuperandi sunt primo capientis. Insuper, §. Praonium de Res. divisi, & ratio eadem est. Quia in priori casu non censentur extra potestatem moralem sui domini conclusa, sicutque libertati naturali reddita. At in posteriori iudicantur ad naturam libertatem redisse, ac nullius domini esse; ac proinde sunt primo capientis. Quare animalia e vivariis fugientia, si non sit spes redeundi, esse recuperandi sunt primo capientis, ut si perdes, aves, phasiana volent: si ex alluvione, vel rupta crepidine, pisces ex stagno, vel piscina in flumen transeant: si rupto, vel transverso muro cervi, damae in sylvam fugiant: tunc enim redeunt ad naturalem libertatem. Et contra peccaret contra justitiam, qui ejusmodi animalia piscinis, septis, vivariis, cautis conclusa caperet: si quidem ut sic jam fuit occupata, & habent pro domino illum, qui ea ibi conclusit.

§. II.

De Feris Sylvestribus.

IV. Dico tertio. Animalia sylvestria quae, domino carent sunt primo occupantis; & tandiu manent in ejus dominio, quamdiu intra illius custodiam coeherentur, Leg. 3. 4. §. 5. ff. de Acquir. rer. domin. Et §. Feras, Insuper, de rer. divisi. Et ratio est. Quod enim nullius est, fit primo occupantis; occupatio enim possessionis vim habet: & hoc ipso quod quis rem nullius occupat, acquirat jus super illam ab alio independens.

V. Dices. Contingere potest, ejusmodi animalia sylvestria capi in fundo alieno: sed tunc videtur esse sub dominio domini illius fundi; ergo non sunt primo capientis. Minus probatur. Nam dominus illius fundi potest jure prohibere, ne quis feras, aut aves in suo fundo capiat; ergo habet jus &c.

VI. Respondeo, nego minor, ad probat. dist. confeg. Habet jus in fundum, conc. confeg. In feras, neg. confeg. Potest quidem dominus fundi prohibere, ne quis ingrediatur, suum fundum ad capiendas feras, vel aves ratione domini quod habet in fundum; non vero supra aves, vel feras ejus fundum ingressas. Quare si quis contra mandatum domini ingrediatur ejus fundum, ibique feras, aut aves caperet, si caperet; neque eas domino fundi restituere teneatur, sed solum damnum, si quod intulit, in tali fundo ex venatione. Sic Leg. Quod enim ff. de Acq. rer. domin. ubi dicitur: Neque interest quoad feras, bestias, & volucres, verum in suo quilibet fundo capiat, an in alieno.

VII. Hinc fit, quod cum flumina alienum fundum operiunt, pisces, qui ibi capiuntur, non sunt domini fundi; sed sunt capientis, licet possit fundi dominus prohibere ingressum. Si tamen illius fundi fructus conflaret ex venatione, aucupio vel

vel plicacione; tunc qui contra domini voluntatem ingressus caperet, vel feras, vel aves, vel pisces, non faceret suos; sed domino fundi eos, sicut & ceteros fundi fructus restituere teneretur, Ex Leg. Fruitionem, & Leg. 3. Cum feras, ff. de Acquir. possess.

VII. Infertur etiam; quod animalia, quae in circumseptis falibus magnae amplitudinis, & vastitatis continentur; ita ut nunquam capta, vel quasi capta, sed sine libertati relicta censeantur; nondum sunt sub dominio domini salus, quamvis solus ibi venandi jus habeat: sed fieri ea primo capientis. Quod etiam dico de piscibus lacuum magnae amplitudinis, a quibus aqua nequit deduci, nec pisces pro libito extrahi possunt, Ex Leg. 3. Cum feras, ff. de Acquir. possess.

IX. Quæres primo: An apes sint animalia sylvestria, ita ut si fugiant, sint capientium? Respondeo, feras sylvestres esse decerni in his, de Rev. divif. §. Apium, & Leg. Naturalem, §. Apium. Ubi dicitur: Apium quoque fera natura est. Itaque quæ in arbore nostra conseruntur, antequam alveo a nobis concludantur; non magis nostræ esse intelliguntur, quam volucres, quæ in arbore nostra nidum faciunt. Ideo si alius eas incluserit, dominus earum erit. Favos quoque, si quos hæc fecerint, sine furto quilibet possidere potest. Sed, ut supra quoque diximus, qui in alienum fundum ingreditur, potest a domino, si id prævidet, jure prohiberi, ne ingredatur. Examen, quod ex alveo nostro evolaverit, eosque nostrum esse intelligitur, donec in conspectu nostro est; nec difficilis est ejus persecutio; alioquin occupatis sit.

X. Quæres secundo: Quid dicendum sit, si fera ab uno vulnerata sit, ab alio vero capta? Respondeo, quod aut vulnus est lethale, & sufficiens, ut fera capiat; & vulneris persequitur feram cum morali certitudine eam capiendi; & tunc fera est vulnerantis. Nam moralis apprehensio, & occupatio feræ fit etiam medio instrumento, quo quis facit, ne extra suam potestatem elabi possit; ut si illam gladio, vel sculo confodiat. Si vero vulnerans, vel non lethaliter feram percussit, vel non persequitur feram, nec proinde habet moralem spem illam capiendi, perlinebit ad capientem: siquidem a nullo alio prius occupata censetur, sed in sua libertate manens. Utrumque colligitur ex §. Illud quæsum est, in his, de Rev. divif. Ubi Imperator decernens, quod fera ab uno vulnerata, & ab altero capta, non fit vulnerantis, sed capientis; hanc causam dat: quia multa accidere possunt, ut eam nos capiamus; ergo quod feram capientis sit, non vulnerantis, procedit in casu, quo vulnerans non sit in morali certitudine feram capiendi: si autem in morali eam capiendi certitudine sit, non capientis, sed vulnerantis erit. Adde Molina, de Justit. & Jure, disp. 42. quod si percussio non sit solum occisio, sed causa, ut fera ab alio capiatur, aequitas naturalis postulat, ut pro quantitate cause eam inter se dividant.

XI. Quid autem dicendum erit de fera, vel ave in laqueum lapsa? Erit ne eam capientis, an ejus, qui laqueum aut rete posuit? Respondeo, ex Leg. In laqueum, ff. de Acquir. ver. domin. videri, eam esse adjudicandam capienti. Aliqui tamen distinguunt (& distinctio videtur colligi ex eadem lege) Vel enim fera, puta aper, inhæret laqueo, aut reti, ut expedire se non possit; & tunc est ejus, qui laqueum posuit: quia censetur ab illo jam detenta, & occupata. Vel luctando poterit se expedire, antequam veniret qui laqueum posuit: & tunc fera fit capientis. Alii vero dicunt; hanc legem esse consuetudine contraria abrogatam; ut scilicet fera illius sit, qui rete posuit. Quo circa venatorum usus, & praxis est attendenda.

XII. Quæres tertio: Quid de columbis dicendum sit? Certum est, non licere columbas in columbariis capere, ubi proprium dominium habent, qui suis eas alit expensis. Neque fas est, eas capere intra spatium permittit, dummodo a propriis dominis alantur: secus autem si a propriis dominis non alantur, & alienos agros devastent, tunc enim & capi, & occidi posse a domino agrorum, pro compensatione damni illati, sustinet, inter alios, Gabriel a Sancto Vincentio, de Justit. & Jure, disp. 4. quæst. 1. Nec tamen quisque sibi licitum faciat columbas vicini, vel alterius domini occidere, quolibet pretextu damni sibi illati; nisi damnum sit grave judicio prudentum. Quia si columbe aliquando bona grana capiunt, etiam sepe noxia auferunt; impediuntque, ne herbe, & femina inutilis plurimum augeantur, & segetes suffocent. Adde: quod alia via, quam eas occidendo, vel capiendo, possunt columbe a propriis agris arceri; exponendo nimirum in agris linteamina appensa, vel alia signa, quibus deterrerentur.

Neque dicas, nimia esse damna, quæ a columbis inferuntur, ideoque posse eas absolute vel capi, vel occidi. Dico enim, quod esto propter hoc aliqui sentiant, columbaria esse illicita, oppositum tenendum est. Quia licet interdum columbe grana statorum comedant, comedunt etiam, ut dicebant, grana noxia. Imo remotis columbariis graviora damna sequerentur. Nam nisi in eis d-tinerentur, columbe adeo multiplicarentur, ut agros devastarent: nec enim possent ita facile capi, vel occidi.

XIII. Intellige tamen, columbas e columbario egressas non posse occidi, cum duplici limitatione. Prima. Si habeant consuetudinem ad illum revertendum revertendi. Si enim consuetudinem ad illum revertendi amiserint, præsertim noctu; occupant propriam libertatem sibi vindicasse, & sunt primo occupantis. Secunda est. Si non nimis procul a columbario

discedant: alioquin censentur nativæ libertati restitute, & factæ communes. Unde in Regno Castellæ columbe discedentes per unam leucam a columbario, sunt primo occupantis.

XIV. Cæterum qui columbaria nutriunt, licet possint uti illis feminibus, quæ columbarum sustentationi aptiora sunt; peccant tamen mortaliter, & ad restitutionem tenerentur, quibus cibiterent, vel odoribus, aliisque artificiosis emollierent, quibus columbas ex aliis columbariis attraherent; vel quibus alienæ columbe insuetudinem amitterent ad proprium columbarium revertendi: quia sine fraude, ac dolo auferetur ab aliis suarum columbarum dominium. Si vero quis sine fraude alienas columbas attraheret; quia nimirum melius suas aleret, vel meliorem stationem aptaret, nullius criminis reus esset. Hoc idem censentur, si aliquam industriam quis adhiberet, vel cuminum cibo, aliudque misceret; non ut alienas columbas attraheret, sed ut suis columbario afuaseret, ne ad alia volarent. Hoc enim hinc in Regionibus moris esse didici.

§. III.

Quando Venatio, Aucupium, & Piscatio fieri possint Illicita.

XV. Illicita fieri possunt animalium captura. Primo ex parte personæ. Sic Ecclesiasticis interdicitur clamorosa venatio, præsertim frequens, & immoderata, Cap. 1. & 2. de Clericis venatoribus. Monachis quoque Clemens. Ne in agro, de Statu Monachorum, §. Porro a venationibus. Venatio autem clamorosa est, quæ fit canum, & armorum strepitu. Hoc enim dedecet statum Ecclesiasticum: & rursus quia occasio daretur, ut bona, quæ sunt in pauperes eroganda, in canibus, ac scipitibus &c. alienis expendere. Recte tamen advertit Medina, de Resist. q. 12. quietam, & minime tumultuosam venationem, mollicem tamen, sine scandalo, & vitæ periculo, honeste recreationis causa Clericis non interdici. Et Clemens V. cap. citato, §. Porro id permittit Monachis, si eorum Monasteria vivaria, aut saltus possident, in quibus feræ sint, vel si venandi in alienis agris habeant. Dummodo tamen infra Monasteria, seu domos, quas inhabitant, aut eorum clausuras venaticas causas non teneant, nec venationis præsentiam exhibent personalem. — Piscacionem vero etiam in fluminibus aperis, aut mari Clericis non interdici, ex eo colligi videtur; quod Apostoli, etiam postquam Christum secuti sunt, piscacionem exercuerunt, Joan. 21. v. 3.

An autem Clericis cum strepitu canum, & armorum venatio interdicitur; negativè sententiam, si tamen moderate, & sine scandalo fiat: nec bona pauperibus tradenda in alienis canibus, & accipitibus dissipentur. Secus tamen affirmative tenendum censetur: quia Canones sic venantes Clericos gravibus poenis subjiciunt. Nam Episcopus jubent per tres Menses a communione suspendi, Presbyteros per duos menses; Diaconos vero ab omni officio: gravis autem poena gravem culpam supponit. Clerici autem præfatis, non latas, sed tantum committas, censet Lugo cum aliis.

XVI. Illicita secundo fieri potest animalium captura ex parte loci: Ut si contra Domini voluntatem fiat in alieno saltu, agro; vel lacu; quia quilibet jus habet utendi suo fundo, ejusque usum alii impediendi. In quo casu, ac supra dicebimus, capiens feram, non tenetur ad restitutionem feræ capte domino fundi; sed solum ad compensationem damni, si quod intulit; (nisi forte fera illa esset manufacta, vel animal in domini fundi potestatem redactum) — Quod præter dico, si ille, qui prohibet venationem, solus habeat jus venandi sibi a Principe concessum. Nam per hoc, quod sibi comparaverit jus venandi, non proinde acquisivit dominium ferarum ibi existentium, quia tamen jus illius læsit, qui solus habeat facultatem venandi, vel piscandi in tali loco; tenetur compensare damnum, quod ei intulit.

XVII. Hinc fit, quod Princeps ex potestate, quam habet exigendi a suis subditis, tam ea, quæ ad sui contentementem sustentationem necessaria sunt, quam ad ejus decoram recreationem; potest prohibere aucupium, venationem, vel piscationem, non tantum in locis suo particulari dominio, & proprietati subjectis, sed etiam potest loca ad dominium Communitatis, vel alioquin private persone pertinentia sibi reservare, ut sibi soli venari, aut piscari liceat. Ita Doctores communiter. Si tamen Princeps venatione damnum grave inferret domino prædii, teneretur illud compensare. Triplici vero titulo potest ab hujus compensationis debito Princeps excusari. Primo. Si prædia eorum, qui damnum patiuntur, cum tali onere fuerint data, vendita, aut in emphyteusim tradita: vel si essent terra bello jure occupata, & cum tali onere distributa. Secundo. Quando Dominus prædii, vel ex contractu oneroso, vel non coacte, aut metu erga Principem; sed profusus voluntarie, & libere consentit in venationem. Tertio. Si aliunde damnum a Principe compensatur: ut si feras occidendo plus profuit agricolis, quam obicit feras præterendo.

XVIII. Tertio. Illicita redditur venatio ratione temporis. Si, puta, diebus festis, vel jejuniis instituitur. Can. An pascuis dist. 86. Quo tempore (advertit Lessius) venatio non per se, sed per accidens tantum censetur prohibita; quatenus occasione ejus, vel omititur Sacri auctoris, vel assistentia divinis officiis, vel jejuniis observatio. Sic ex Can. citato, & Lessio, lib. 2. cap. 5. d. 9.

XIX. Quarto. Illicita potest reddi venatio: quia perniciofa bono communi. Ut si fiat potest, quo feræ sunt gravidae, vel quo aves nidificant: quo tempore venatio, & aucupium solent prohiberi. Rursus si piscatio fiat piscium nimis minu-

torum, vel per injectionem eicæ, qua pisces moriantur, & aquæ inficiantur.

XX. Quinto. Illicita generis, & contra justitiam potest esse venatio, aucupium, & piscatio in damnis, quæ privatis personis ex eis inferuntur. Ut si venatores alienos agros cultis ingredientes, equis, canibus, ac propositis ipsi pedibus factis proterant; ac dissipent, sepes dissipant, vineas destruant, aliisque damna ingerant, ad quæ compensanda ex justitate tenentur.

DUBIUM II.

De Acquisitione Domini super Bona Inventa, Domino Carentia.

§. I.

De Bonis Domino Carentibus in Generi.

I. Bona inventa domino carentia varii generis sunt. Quædam enim sunt; quæ in nullius unquam fuere dominio; ut gemme; vel margaritæ in mari, vel litore reperitæ. Quædam insuper sunt; quæ aliquando habuerunt dominum; sed longo tempore habere desierunt. Et hæc sunt, primo. Quæ a multo tempore mari, vel fluvio submersæ, fortuito sunt extrahæ, vel ejectæ. Secundo. Ea, quæ dominus non vult amplius habere in sua potestate, & vocantur derelicta: ut nummi, qui occasione alioquin dieti solemnium in populum sparguntur.

II. Rursus illa sunt bona in terre visceribus insentia, & latentia, ut venæ metalliferæ, & diversa mineralia: fantiæque Theauri inventi. Theaurus autem definitur in Leg. Nuptiarum, ff. de Acquir. verum domin. quod sit verus quidam depositus pecuniæ, cuius non parva membra, ut jam dominum non habent. Quare theaurus nomine intelligitur pecunia, aliaque res mobilis pretiosa, ut torques aureæ, vel argenteæ, vasæ, armille &c. Sunt etiam domia, quæ habent dominium, ipsius tamen non habent notitiam, ut annulus aureus in via reperitur.

De bonis hujus ultimi generis specialis quæstio erit, dubio sequenti. Hic de bonis prioribus modis; eorumque inventio sit merito erit.

III. Dico ergo primo. Bona, quæ nullius erant domini, ut margaritæ inventæ in litore maris, & bona derelicta; sunt primo occupantis ei. Primum habetur, §. Lapilli in his, de Rev. divif. secundum vero, §. Quæ vitiosus insitior, eodem tit. Et ratio est; quia, ut dicitur Leg. 3. ff. de Acquir. rer. domin. Quis nullius est, id naturali ratione conceditur occupanti. Quod si petas: Curus sunt dicta bona? An primo videntis, an primo capientis. — Dico, quod sunt primo capientis. Non enim res solo aspectu acquiritur; sed vel apprehensione, vel alia exteriori actione ad acquisitionem domini instituta.

IV. Quæ autem sint censendi derelicta, si de domini intentione non constet, ex consuetudinibus dignosci debet: puta, si dominus non perditam faciliter possit recuperare, & negligat. Vel si non possit, nisi cum magna, & insuperabili difficultate; vel si nullus, nomine ipsius, ad ea reperenda venturus existimetur; & ideo præsertim arbitrio censetur, non habere voluntatem, ut sibi ea restituantur: talia bona haberi possunt pro derelictis.

V. Ex his infero, cum urgente tempore, merces proficiuntur in mare; vel tempore incendiis bona aliqui in plateas derelicturi; illi bona non esse habenda tanquam derelicta; siquidem dominus nonnulli casibus illa proficiat, & censetur servare voluntatem illa recuperare. Quapropter excommunicantur in Bulla Cæcæ illi, qui bona Christianorum naufragium suscipiunt. Quam tamen censuram putat Lugo non afficere illos, qui verosimiliter existimant, dominum merces, aut altum, ipsius nomine; nunquam redicunt ad eam recuperandum: tunc enim merces, & alia similia bona habentur pro derelictis.

Si quis tamen specialiter industria, aut labore, incendio, vel naufragio tempore bona alterius ad incendio, vel naufragio preservavit; esse tenetur res illas domino suo restituere, quia non censetur derelictis; potest tamen compensationem sui laboris, & periculi a domino exigere, & interea rem ereptam loco pignoris detinere. Ita Lessius, lib. 2. cap. 5. d. 18. Similiter: Si quis inventa bona ex alluvione fluviorum asportata, ut sunt arces, dacta vini, & similia: si non longè asportentur, non censentur derelicta, sed debent domino suo restituere; compensatio tamen laboris, si quem impendit, in illis a flumine extrahendis.

§. II.

De Mineralibus, & Theauris.

VI. Dico secundo. Mineralia, & venæ metallicæ inventæ in loco publico; jure nature pertinent ad inventorem. Et ratio est; quia quod nullius est, fit primo occupantis. Si vero inventantur in fundo alieno, pertinent ad dominum fundi. Et ratio est: quia non minus mineralia, & metalla adherent terre, aique ex illa virtute solis producuntur, quam arbores, herba, creta, lapides; sed creta, lapides, &c. dicitur, arbores, herba, & creta pertinent ad dominum fundi, & partes ejus; ergo & mineralia.

Dico, spectato jure nature. Nam de facto, & jure positivo humani solent mineralia emere Principes applicari. Et hoc fieri potest. Vel quia ab initio agrum fuerint singulis ita distributi; ut mineralia reservarentur Principibus dispositioni;

Vel quia, per modum tributi, communi statuto voluerint a subditis id exigere, ac sibi Principes reservare: sic bono publico patentes, nec privati nimis potentes fiant, ut possint contra Principem rebelles.

VII. Dico tertio. Jure nature, & Gentium absolute spectato; Theaurus inventus transiit in dominium inventoris. Ratio est; quia quod nullius est, fit primo occupantis; at theaurus censetur in nullius esse dominio: licet enim fit in agro alterius, non tamen censetur esse pars agræ, sicut sunt mineralia, & venæ metallicæ: unde non est talis naturalis probans, eum esse domino fundi adjudicandum.

VIII. Dicitur spectato jure nature, & Gentium absolute. Nam jure positivo, §. Theaurus, in his, de Rev. divif. & Leg. unica de Theauris, aliisque particularibus Regnum, aut Provinciarum statutis plura circa thesauros fancita sunt. Primo. Ut theaurus in proprio fundo reperitus integre cedat inventori. — Secundo. Si theaurus fortuito sit inventus in alieno fundo, etiam Principis, quoad dimidium spectet ad inventorem; quoad alterum vero ad dominum fundi. Utrumque docet S. Thom. 2. 2. q. 66. art. 5. ad 2. his verbis: Quædam enim sunt, quæ nunquam fuerunt in bonis alienis, sicut lapilli, & gemma, quæ involuntur in litore maris, & talia occupari conceduntur. Et eadem ratio est de theauris antiquo tempore sub terra occultatis, quorum non erat aliqui possessor: nisi quod secundum leges civitates tenentur inveniuntur dominum agræ, si in alieno agro inveniuntur, & propter quod in parabola Evangelii dicitur, Matth. 13. de invenione thesauri ascendit in agrum, quod ante agrum; quasi ut haberet jus possidendi eorum thesaurum. — Tertio. Si ex industria fuerit quæsitus, non requisito fundi domino, totum cedat domino fundi; quamvis inventor possit repetere expensas a se factas. — Quarto. Theaurus arte magica reperitus sicut dicitur Leg. Nam Cod. de Theauris. — Quinto. Si quis sciens, in altero agro lateret thesaurum, neque domino manifestans, tantum perat licentiam effodiendi agrum; debet thesaurum taliter reperit totum domino fundi reddere: eo quia illa licentia, per errorem concessa, pro nulla habetur. — Et contra sexto. Qui, seclusa hac reticentia, sub expressa conditione querendi thesaurum obtinuit licentiam effodiendi agrum absolute, & absque ulla reservatione, lucratur totum thesaurum reperitum; quia dominus agræ suam partem illi cessisse existimatur. Ita Molina disp. 56. post initium.

IX. An autem diste leges positive obligent in conscientia, dubitatur. Quidam enim censent, obligare solum ad poenam; quia servato jure nature, qui invenit thesaurum, invenit rem nullius domini, ac proinde potest illam servare, ut suam. Sed communiter tenentur, illas leges etiam in conscientia obligare; quia non sunt leges pure penales, sed dispositive. — X. Quæres tamen: Si fundus duos habeat dominos: unum proprietarium, alterum feudatarium, seu emphyteutam, cui adjudicanda erit illa pars thesauri, quæ domino fundi debetur? Respondent Rabellus, & Molina, esse dividendam inter utrumque dominum. — Si tamen unus ex illis esse mere usufructuarius (vel fundum in locationem, commodatum, vel in pignus accepisset) nihil participaret de thesauro invento; quia thesaurus non est fructus fundi; Sic, ex Leg. Fruit. §. Si fundum, ff. de Solut. Matrimonio: Ubi maritus fundi dotalis usufructuario pars inventi thesauri in fundo dotali denegatur.

XI. Demum. Si quis faciem avenæ plenum, in quo aurum lateat, vel panem, in quo sint nummi reconditi, ab aliquo ignorante, quod ibi lateat aurum, dono, vel pretio accipiat, non tenetur ad restitutionem auri inventi. Quia prior dominus facit, vel panis, cum propter ignorantiam auri latentis, non intendit aurum occupare, non efficiunt dominus, sed ne quidem possessor ipsius. Is enim qui nescit, non possidet, Leg. 3. §. Cæterum, ff. de Acquir. possess.

DUBIUM III.

De Inventionibus Bonorum Interitorum.

§. I.

Quædam Præmissarum.

I. Certum est primo: quod rei amissæ inventor tenetur moraliter, & sufficienter diligenter querere rei inventæ dominum; quam si omittit, & dominus non comparet, adhuc non potest rem illam, ut suam retinere: sed elapso tempore debito, prudentum judicio tenetur rem illam erogare pauperibus; vel aliovi pio usui applicare. Ita communiter Doctores. Quia bona, quæ mala fide, & ex delicto possessa sunt, si non possunt reddi domino, applicari debent pauperibus, vel aliis pios usus, ex Cap. Cum tu, de usuri: sed inventor omittens debitam diligentiam inquirendi dominum, incipit possidere ex delicto, & nunquam fit possessor bonæ fidei; ergo si dominus non comparet, tenetur ea bona erogare pauperibus &c.

II. Certum secundo est: si res inventa sit Ecclesiæ, & non constet, cuius Ecclesiæ bona sint, non esse inventoris; sed gradanda esse Prelato Ecclesiastico, vel in alios Ecclesiæ conventenda; quia quod semel Deo dicatum est, ad usus humanos ulterius transferendum non est; Cap. 5. de Reg. Jur. in 6.

III. Tertio certo certius est: quod si inventor constet de domino rei inventæ, eam illi integre restituere tenetur. Neque potest sibi aliquid retinere; nec quidquam exigere pro rei inventione; quia inventor rei, quæ habet dominum, nullum jus

jus præbet inventori, neque est digni pretio; nisi dominus, in lignum gratitudinis, aut legitime pro re inventa, aliquid ei velit largiri: hoc enim potest accipere. Si tamen inventor aliquas expensas fecit pro re inventa custodienda, puta, si re inventa sit equus, vel aliud animal, in quo alendo sumptus fecerit: poterit hos repetere, & rem in pignus detinere, donec ei a domino sumptus compensentur.

§. II.

Refertur Prima Opinio.

IV. Prior sententia, quam docet Scotus, in 4. d. 15. q. 2. Cijetanus, Lessius, Molina, Navarrus &c. alieni, rem inventam, etsi post mortalem adhibitam diligentiam, dominus non compareat, esse ab inventore pauperibus erogandam, neque posse licite eam sibi retinere. Et citatur pro hac sententia S. Thom. 2. 2. q. 62. art. 5. ad 3. & q. 66. art. 5. ad 2.

V. Fundamenta hujus sententia sunt. Primo. Quia consuetudo, & praxis apud viros timoratos illi viguit, ut jam vim legis obtinuisse videatur.

Secundo. Quia res, quæ manet sub prioris domini jura, non potest reddi domino, debet expendi juxta ejus præsumptam voluntatem: sed videtur præsumpta domini voluntas esse, ut si non possit erogari in ejus temporale emolumentum, saltem expendatur in ejus animæ utilitatem, quod maxime fit, erogando eam in pauperes, ergo &c.

Tertio. Quia in Auth. Omnes peregrini, statuitur, ut si peregrinus incellatus decederit, bona ipsius, si fieri possit, per manus Episcopi heredibus tradantur, vel in causas pias erogentur.

Quarto. Ex cap. Cum tu, de usuris, decernitur, usuras restituendas esse de his, quibus extoræ sunt, vel eorum heredibus, vel in amborum defectum erogandas esse in pias causas.

VI. Limitant hujus sententia Patroni suam doctrinam. Primo. Nimirum, si inventor sit pauper: tunc enim poterit rem inventam sibi applicare, vel in partem, vel etiam intotum, maxime cum consilio Confessorii.

Secundo. Si post legitimam in pauperes distributionem factam dominus compareat, nihil tenetur illi inventor restituere, quia jam facta est legitima applicatio: & domino intra prescriptum tempus non invento, in hac bona pauperes succederunt, favente eis regula juris in 6. 58. Bona fidei non paritur, ut bis idem exigatur.

Tertio. Addunt aliqui, quod si inventor, vel quia pauper, vel quia opinione probabilem, quam subscipiens, secutus fuit, rem inventam consumpserit, domino comparanti restituere nihil tenetur. Quia nec est iniusta actio, quæ nulla datur, ad hoc tenetur, neque est re accepta, quæ non est: nisi forte res in sua specie, vel in æquivalenti permaneret, quo inventor factus esse dicitur. Tunc enim rem, si extat, domino comparanti restituere tenetur, vel id in quo factus est dicitur: nisi tamen per lapsum temporis legitime prescripserit. Idem dicunt de pauperibus, qui non tenentur bona inventa, inter eos legitime distributa, domino comparanti, si non extant, restituere eadem ratione.

VII. Sed quid si pauper, cui res inventa applicata est; eam in propria specie habeat, vel pretium ejus; tenebitur ne domino comparanti reddere?

Affirmat Palauus, Layman, &c. Quia concessio illa videtur facta cum hac tacita conditione, si dominus non compareat. Negant tamen cum Navarro, Soto, Ledesma, & alii Sentientes, eum non teneri in foro conscientia; quia rem illam non accipit mutuo, sed in elemosynam, ideoque perinde, ac si ipse dominus talem rem misericorditer illi indulsisset.

§. III.

Refertur, & Eligitur posterior Opinio & Respondetur Fundamenti prioris.

Secunda opinio est; inventorem facta sufficienti diligentia, & domino non invento, posse res inventas sibi reservare. Ita Sotus, Medina, Bannez, & Syrus &c. Cum quibus

VIII. Dico. Quamvis valde consultum sit, bona inventa domino non comparente, erogari in pauperes: valde tamen probabilis est, & in conscientia tutum, res inventas, si facta debita diligentia, dominus non inventatur, posse ab inventore retineri. Et ratio est. Primo. Quia res inventa, cuius dominus non comparet, neque ex jure nature debet in pios usus converti, neque ex jure positivo. Non ex jure nature: quia res eo ipso, quod sit amissa, & dominus non compareat, habetur pro derelicta: unde devolvitur ad statum communem, & itaque proinde primo occupantis eam. Neque etiam ex jure positivo: quia nulla lex reperitur, quæ jubet, res inventas, domino, post diligentem adhibitam, non inventa, esse in usus pauperum distribuendas. Leges autem, quæ a Contrariis afferuntur, loquuntur de rebus iniuste ablatas, quarum dominus non inventur, ut dicemus.

IX. Secundo. Ideo res inventa, domino non comparente, debetur in pauperum usus converti, quia talis præsumitur esse mens domini: sed hoc videtur falsum; ergo &c. Min. prob. Tum quia: mens domini potius præsumitur esse, ut res ma-

neat penes inventorem, cum res facilius possit ita recuperari. Tum etiam quia: dominus potest esse Turca, aut Paaganus: sed hic non habebit voluntatem, ut res in suam spirituales utilitates converterentur, domino etenim illarum rerum, si fit inibi, nihil proderit hujusmodi in pauperes distributio; ergo &c.

X. Adverto tamen, res inventas post factam sufficientem diligentiam, fieri inventoris, non statim tanquam domini, sed tanquam possessoris. Unde si intra tempus ad præscribendum, vel usufrucipiendum a jure definitum, dominus compareat, tenetur illi restituere rem inventam: non autem tenebitur, si primum expleto tempore ad præscribendum requisiti, dominus compareat. Nam usque ad terminum prescriptio- nis inventor solum se habet, ut possessor bona fidei, et veri domini ignorantia: sed elapso hoc termino, jam acquirit dominium jure legitime prescriptio- nis: de qua infra fermo erit.

XI. Jam ad fundamenta oppositæ sententiæ respondendum est. Præsumptam tamen respondeatur, monendum esse meum Candidatum, quod esse proca adfertur Sanctus Thomas, nihil tamen decernit S. Doct. quod illi faveat. Nam in primo loco ex 2. 2. q. 61. art. 5. ad 3. non loquitur de casu presentis, sed de casu, quo scienda est restitutio de re ablata, vel accepta, quæ est inhabilis ad præscribendum. Ait enim S. Doct. Si ille, cui debet fieri restitutio, sit omnino ignorus, debet homo restituere quantum quod potest, scilicet dando in elemosynam pro salute ipsius (sive sit mortuus, sive vivus) prout si tamen illi restitutio de persona ipsius, cui facienda est restitutio, inquisitio habetur, ubi loquitur de rebus inventis, notum potius firmat sententiam: ait enim: Si pro derelictis (bona inventa) habentur, & hoc erant inventores, licet sibi ea veniant, non committitur furum. Alias autem committitur peccatum furum. Unde Augustinus dicit in quadam homilia (Serm. 19. de verb. Apoll. c. 8. & habetur 4. q. 5. cap. 6.) Si quid invenisti, & non reddidisti, rapisti. Hoc sufficit.

XII. Ad primum fundamentum respondeo, non paucos esse, qui contrarium in praxi habeant. Si qui tamen timore conscientia res inventas, etiam post diligentem inquisitionem, & elapso prescriptio- nis termino, domino non comparente, dent pauperibus: opus consilii faciunt sententiam tutiorem sequentes: non opus præcepti. Neque ex obligatione particulariter exilimata consuetudo universaliter obligans inducitur.

XIII. Ad secundum, vel nego min, cujus oppositum ostendimus in secunda probatione hujus sententiæ. Vel etiam distinguo minor. Si illa res sit incapax, nego minor. Incapax est transeundi in alterius dominium res commodata, deposita, iniuste accepta, mala fide, id est, sine diligenti inquisitione, possessa: & hæc semper est restitutio obnoxia, quia semper supponit de hoc justum, sive ractum, sive expellam voluntatem veri domini. Res caræ transeundi in alterius dominium est, quæ cum invincibili ignorantia veri domini iusto titulo occupatur: & talis est res inventa, quæ iusto titulo occupata, post diligentem inquisitionem, verus dominus non inventatur bona fide possidente: & eo non comparente, post elapsum terminum prescriptio- nis, tranfit in dominium possidentis.

XIV. Ad tertium dico, legem illam loqui de bonis intestatis, non vero de inventis. Magna autem est disparitas, inter bona intestata, & bona inventa. Quia mors peregrini, & defectus hæredis non est iustus titulus ad possidenda bona defuncti: ut in invento est iustus, & iudicatus titulus.

XV. Ad quartum dico, citatum caput Cum tu de usuris, nihil evincere contra nos. Nam solum loquitur de bonis iniuste, & ex delicto, utpote per usuram, acquisitis, quæ retineri non possunt, ideoque in defectu domini sunt pauperibus eroganda. Nos autem loquimur de rebus inventis, ideoque iusto titulo acceptis.

D U B I U M IV.

De modis Acquirendi Dominium per Alluvionem, Accessionem &c.

§. I.

De Alluvione.

I. Alluvio est incrementum, quod ab alluente flumine uno prædio demitur, alteri adicitur. Porro hoc incrementum duplex est, vel latens, vel patens. Latens est: si occultata vi fluminis, vel insensibiliter, una pars ripæ carpitur, altera augetur. Patens vero est, cum manifestè fluminis impetu pars ab uno prædio avulsâ sensibiliter defertur in aliud: vel novæ insule emergunt, vel fluvius locum mutat.

II. Dico ergo, quod alluvio latens, tribuit dominium soli accrescentis, non tamen alluvio patens, nisi partem a suo solo avulsam dominus habeat pro derelicta: aut si longo tempore ita hærit fundo vicini, ut arbores, & quas fecum traxit, in eum fundum radices egerint. Ita in Inſtit. S. Præerea de Rerum divisione, his verbis: Præerea quod per alluvionem ager suo flumen adicit, jure gentium tibi acquiritur. Eius autem alluvio incrementum latens. Per alluvionem autem id videtur adjecta, quod ita paulatim adicitur, ut intelligi non possit, quantum quoquo momento temporis adicitur. Quod si vis fluminis de tuo prædio aliquam partem detraharit, & vicini prædium augetur, palam est, eam tuam permanere. Plevi si longius tempore fundum vicini tui hæserit, arborumque, quas fecum traxit, in eum fundum radices egerint, ex eo tempore videtur vicino fundo acquiritur.

fit esse. Idem statuitur, Leg. Ad eo quibus, ff. de Acquirendo rer. Dominio, §. Præerea. Postea autem in utroque loco decernitur, quod si insula nascitur in medio fluminis, erit communis illis, qui in utraque ripa fluminis possident. Si uni ripæ sit propior, illius domino accretet, ad quem illius ripæ fundus, & prædium spectat.

§. II.

De Accessione.

III. Accessio est, quæ res aliqua propterea fit tua, quia alteri rei, quæ tua est, vel bona fide tua esse putatur, accedit. Accessio autem duplex est: naturalis una, altera industrialis. Naturalis adhuc duplex: una per nativitatem, altera per alluvionem. De hac jam dictum est, quomodo per eam Dominium acquiratur. Accessio ergo per nativitatem locum habet in viventibus, ut in partu Ancilla, fructibus pecorum, in plantis, & arboribus, quæ in nostro solo fructuantur. Accessio autem industrialis est, quæ fit per plantationem, inſtitutionem, inſtitutionem, inſtitutionem, inscriptionem, picturam &c.

IV. Dico primo, Accessio per nativitatem tribuit dominium rei, quæ accedit. Sic dominus ancilla fit dominus parvus, qui ex illa nascitur (etsi parter fuerit liber quia parter sequitur ventrem) dominus pecoris fit dominus arborum, qui inde nascuntur, dominus fundi fit dominus arborum, quæ ex ipso crescant, quia Accessorium naturam sequi congruit principis, ut habet Regula 48. Juris in 6.

V. Dico secundo, Accessionis industrialis regula est: Quicquid plantatur, fertur, vel insitificatur, omni suo cubi, radice si tamen est. Ita enim habetur, inſtit. de Rer. divif.

Difficultas tamen est, si res aliena, per humanam industriam accedit, meæ, puta si meæ velli alienam purpuram inferuerim, si meam gemmam alieno ar ligaverim, si meo calcei alienas gemmas inferuerim; an per talem accessionem acquiratur rei accedenti dominium, sive bona, sive mala si de illa fecerim.

Respondeo, hæc omnia accedentia fieri domini rei, cui accedunt. Ita Inſtit. de Rer. divif. §. Si tamen alienam: sive hoc bona, sive mala fide actum sit. Cum hæc tamen discrimina: quod si bona fide factum sit, puta, si bona fide meæ velli intertexerim purpuram alienam; dominus purpureæ habet velle actionem conditionis ad habendum pretium illius. Leg. 1. ff. de Conditione sine causa. Et Lego Gemma, ff. Ad exhibendum. Si autem mala fide, habet dominus purpureæ actionem furti contra me.

VI. Hinc inferitur primo: quod si quis in suo solo ex aliena materia edificaverit, ipse intelligitur dominus ædificii, & quæ omnia, quæ solo inſtituitur, solo cedit: debet tamen materiam domino dampno reddere. Quod ideo provisum est, ne ædificia rescindi necesse fit. Ita Inſtit. de Rer. divif. §. Cum in suo. Si vero quis in alieno fundo ex sua materia ædificaverit, illius fit domus, cuius & solum est: & etiam dominus materiam proprietatem amittit, si et licet domus illa detrahar, materiam tamen vindicare non potest. Et ratio est: quia cum in alieno fundo sciens, & volens ædificaverit, ejus voluntate censetur alienata. Sic in Inſtit. eodem §. Si vero possidens alienum fundum, quem bona fide exſtitabat esse suum, in eodem ædificet: & verus dominus repetat fundum suum, & renatur solvere pretium materiam, & mercedem operariorum; habebit bona fidei possessor exceptionem doli mali adversus dominum soli: qui namo debet locupletari cum possessoris bonæ fidei detrimento. Secus tamen si mala fide ædificaverit. Sic in Inſtit. §. eodem.

VII. Inferitur secundo: planta, & facta, quæ in alieno solo plantantur, aut feruntur, si radices nondum egerint, illius esse, qui et plantavit: si vero jam radices egerint, eant domini fundi. De in Inſtit. de Rer. divif. §. Si Titius. Ubi additur: quod hoc adeo verum est, ut si vicini arbor in terram Titii radices egerit, Titii arborum esse dicitur: & arbor prope consilium posita, si etiam in vicini fundum radices egerit, communis fit.

VIII. Inferitur tertio, litteras in aliena charta descriptas, aut membrana cedere non scribenti, sed domino illius. Sic Leg. Quæ ratione, ff. de Acquir. rer. domin. Et in Inſtit. eod. tit. §. Litteræ, ubi dicitur: Litteræ quoque, licet aureæ sint, parvini chartis, membranisque cedunt; ac solo cedere solent ea, quæ inſtituantur, aut inscribuntur. Ab opposito autem tabula cedit picture, non picture tabule maxime quando picture esse pretiosa. Leg. Quæ ratione, §. Sed non ut litteræ. Et Inſtit. ubi sup. §. Si quis in aliena. Ubi hæc habentur: Nihil videtur, melius esse, tabulam picture cedere: ridiculum est enim, picturem Appellari, vel Parabolari in accessionem vultissimi tabule cedere.

§. III.

De Specificatione, Confusione, & Commixtione.

IX. Modis dominium acquirendi accedenti etiam solent specificatio, confusio, & commixtio. Specificatio dicitur, cum ex alterius domini materia sit nova species: ut ex visis alienis vinum, & ex argento alterius poculum. De quo, in Inſtit. §. Cum ex alieno, datur hæc regula. Vel enim res, per specificationem facta, potest ad priorem eandem materiam reduci, ut poculum in argentam maf-

sam, & tunc materiam dominus fit etiam dominus illius speciei: unde dominus argenti fit etiam dominus poculi ex ipso facti. Vel non potest ad priorem materiam, & naturam reduci: ut vinum, aut oleum factum ex alienis visis, & olivis: quod non potest in uvas, & olivas iterum reduci: & sic, qui fecit vinum, & oleum fit dominus etiam materie.

X. Confusio est, cum ex materiis duorum dominorum fit unum tertium, in quo difficultis est partium discretio, & separatio: ut si quis ex melle urus, & alterius vino faciat melleum.

XI. Commixtio autem est, cum res mixtæ ita transeunt in unum tertium, ut singula tamen distinctæ maneat, ut frumentum, pecunie &c.

XII. De his sunt regulæ sequentes. Prima. Si res duorum dominorum sine casu, sive mutuo consensu miscantur, & confundantur, dominium totius rei est commune utrique, & si duorum, Inſtit. eod. tit. Secunda. Si corpora rerum mixtarum maneat ita distincta, ut facile discernantur, & separari possint, ut frumentum, pecunie &c. dominium manet penes priores dominos. Tertia est, si rem alienam ad invicem discernant, & miscantur, ut melleum, ut melleum manet penes qui separari nequeant: vel ex rebus confusis tertia species communi surgat, totius dominus efficiens: Inſtit. de Rer. divif. §. Quod si pariter. Et ratio est: quia non solum operam tuam dedisti, sed & partem ejusdem materie præstitisti.

Hæc dixi secundum jura. Ad secundum forum conscientia, est effectus dominus rei alienæ: si tamen dominus rei invitatus, semper eris obligatus ad restitutionem, vel compensationem prioris domino sciendum.

D A B I U M I.

De Modo Acquirendi Dominium per Prescriptionem, sive Usucapionem.

§. I.

Quid sit Prescriptio.

I. Licet hæc duo nomina Usucapio, & Prescriptio sæpe confundantur: tamen secundum rigorem loquendi differant in hoc: quod prescriptio est rerum immobilium, solum herentium, immo etiam incorporealium, ut servitutum, jurium, jurisdictionum; usucapio autem est rerum mobilium, quæ quasi manu capiuntur.

II. Prescriptio autem dicitur: quia res, per diuturnam possessionem, quasi insensibiliter possidentis, & alterius dominium, & jus præstat, ac terminat, & quasi titulum ponit. Sic etiam Usucapio ab usu & capio dicitur: quia per illam longo usu res capitur ab utente, & eripitur priori domino. Hæc quoad nomina. Modo veniamus ad res.

III. Prescriptio, seu usucapio definitur sic: Acquisitio domini, & juris alieni preceptio, per continuationem possessionis bona fide, tempore a lege definitio. Ex leg. 3. ff. de Usucapione. Explicite sic: alienum agrum per decem, aut viginti annos bona fide possidisti, assidens esse tuum: vi talis continue possessionis acquiris dominium illius agri, & extinguitur jus, quod habebat prior dominus in ipsum. Et ideo dicitur: Acquisitio domini, & juris alieni preceptio. Additur: Per continuationem possessionem. Quia ad indicendum prescripionem requiritur possessio, id est, animus detinendi illam rem, ut suam. Ex quo inferitur, primo: Furtivos, & infantes &c. non posse prescribere, sicut neque Depositarios, neque is, cui res traditur in pignus, neque qui mittuntur folio animo custodie, neque Commodatarios, neque Usufructuarios: neque acie meræ amicitia, esse capaces prescripionis. Quia præfati non sunt vere possessores, neque detinent rem, ut suam: Quare omnes incapaces possessionis, sunt etiam incapaces prescripionis. Ideoque Religiosi particulariter nihil prescribere possunt: quia nihil, ut proprium, valent possidere: sicut neque laici possunt prescribere circa decimas, & alia facta, quæ incapaces sunt illa possidendi. Requiritur ergo, quod sit possessio rei immobilis, ad prescripionem, mobilis vero ad usucapionem: non quæcumque, sed bona fide, & legitima, continuate etiam secundum tempus a lege statutum. De quibus infra dicemus.

Quod in controversiam venit, est: An legitima prescriptio solum valeat, & liberet prescribentem ab onere restitutionis in foro externo: an vero etiam in foro interno, & conscientia; tametsi elapso tempore prescripionis, manifeste constet eam rem fuisse aliam.

§. II.

Resolutio Dubii.

IV. Dico. Legitima prescriptio confert verum jus, & dominium etiam in conscientia; & liberat in foro interno ab onere restitutionis: estis transacto tempore ad prescribendum requisito, sciat, eam rem, quam possidet, fuisse alienam. Probatur hæc ratione. Leges justæ, & sanctæ sicut impedit possunt translationem dominii in alios, invidis propriis dominis, quando expedit bono communi, & Reipublicæ. Princeps, tamquam pacis custos, sicut potest criminofos suis bonis multare; ita potest juste, & sanctè transferre dominia in alios, quando expedit bono communi, & bono pacis suorum judicaverit congruum: at expedit maxime bono communi, & paci, ut legitima prescriptio conferat verum jus, & dominium in conscientia; ergo prescriptio &c. Min. probatur ex simi-

ex fidei Praesentium. & legum haerentium praescriptionem, quorum primus est, ne incerta diu, & fere semper maneat dominia: quod contingeret, si dominus non praescriberetur...

V. Confirmatur. Rerum divinarum, & dominia a jure positivo ortum habuerunt (ut supra diximus) ob bonum pacis in humanam societate servandam; ergo ob idem, bonum potest...

S. III.

Rationes Contrariae.

VI. Oppones primo Regulam 48. juris in sextis de acceptione, & Regulam 207. juris civilis: Jure natura equum est, nemini cum alterius detrimentum, & injuria fieri locupletiorum...

Respondio, nego min. Nam per praescriptionem non fit detrimentum cum injuria priori domino. Siquidem ipsa juris constitutione, in finem boni publici post elapsum tempus praescriptionis definitum, cessat jus, & dominium prioris domini...

VII. Oppones secundo, Alexander III. Cap. Vigilanti, de praescrip. dicit, quod Episcopus Legislator solum, propter vitam infirmorum legitimum, praescriptionem vigorem legis imponit: quod dicit etiam S. Thom. loco supra citato, ergo cessante legitime ex parte prioris domini, non faveat praescriptio...

Confirmatur: Segnities prioris domini non est tanta culpa, quae mereatur tantam poenam, qualis esset privatio propriorum bonorum.

VIII. Respondio, Alexandrum III. non velle ibi, legitimum fuisse causam adequatam, quae moverit Imperatorem, vel alium ad ferendam praescriptionem legem: addit enim, & longi temporis praescrip. & consuetudinem vitandam, praescriptionis fuisse vim legis impostam. Subjungit, sibi non placere, non quidem legitime praescriptionis legem (quam Cap. Illud autem, & Cap. Quia iudicantur, ibi probat, & tempus praescribendi statuit) sed praescriptionem illegitam, qua minurum, secundum leges civiles, etiam male fidei possessores praescribunt. Hoc improbat Alexander III. & etiam S. Thom. Quodlib. 12. art. 34. citato. Ubi quaerens: an ille, qui mala fide praescripsit, teneatur ad restitutionem, respondit: Quod circa hoc est controversia juris civilis, & canonici: quia secundum jus civile talis praescriptio tenet: secundum jus canonicum talis praescriptio non tenet. Et ratio hujus controversiae est: quia alius est finis, quem intendit Legislator, scilicet pacem servare, & hanc iuxta Civitas, quae impeditur, si praescriptio non servaretur: quicunque enim velle, posse venire, & dicere, illud jus meum quocumque tempore. Finis autem juris canonici tendit ad quietem Ecclesiae, & salutem animarum: nullus autem in peccato salvari potest, nec poenitentia de damnato, vel de aliena nisi reconspicit.

IX. Ad Confirmationem, vel nego suppositum, quod negligentia domini fuerit adequatum motivum inducendi praescriptionem, cum alia fuerint, ut ostensum est. Vel nego praescriptionem inducendam fuisse in poenam: lex enim praescriptionis non est punitiva culpe, sed consultiva boni communis. Vnde etiam hoc admittit, dico, quod licet negligentia in se non sit tanta culpa, negligentia tamen, quae potest esse causa, vel occasio damni publici, nempe litium, incertitudinis dominiorum, inquietudinis, & anxietatis, mereatur ob bonum publicum tantam poenam. Talis autem est negligentia domini in repetendis bonis suis.

X. Oppones tertio. Si quis ante tempus praescriptionis resciat, rem, quam possidet, non esse suam, teneatur in conscientia illam restituere vero domino; quia contra conscientiam, & mala fide eam retinet; ergo a pari, si post tempus praescriptionis resciat, rem illam non esse suam; contra conscientiam, & mala fide eam retinebit: & sic tenebitur eam restituere.

Respondio, nego conseq. vel potius suppositum. Transacto enim tempore per leges definitum ad praescribendum, jam est certa scientia in possessore legitime praescribente, quod talis res possessa sit sua; est aliam certo possit scire, quod olim fuerit aliena: Sicut qui emat rem aliquam, quamvis certo...

sciat, eam rem fuisse alienam ante emptionem; post emptionem tamen certo scit, esse suam.

XI. Oppones quarto. Si in emptione, & venditione contingat deceptio solum circa medietatem justii pretii, leges civiles denegant actionem in foro exteriori contra deceptorem; & tamen hinc nullum confertur dominium in conscientia deceptoris: qui teneatur restituere id, quod plus justo pretio accepit, ut docet S. Thom. 2. 2. q. 77. art. 1. ad 1. nec quocumque lapsu temporis excusatur, ergo quavis elapso tempore ad praescriptionem definitum, leges denegent priori domino actionem adversus praescribentem: adhuc non sequitur, quod illi conferatur dominium in conscientia. Conseq. prob. Quia finis tantum illarum, quam illarum legum est idem, nempe, lites minuire inter Civis.

Confirmatur: si Index iniustus false praesumptioni, vel errori, rem unius alteri adjudicat: est bona fide procedat, tamen cogente errore teneatur in conscientia rem ei, qui abusus sit, reddere; ergo etiam bone fidei possessor praescribens, cogno, suo errore est invincibilis, & jure prioris domini, teneatur ipsi restituere rem, est praescriptam.

XII. Respondio primo, quod, vel emptor mala fide emit rem minus, quod accepit, vel minus, quod dedit. Et eodem modo possessor male fidei nunquam potest legitime, & in conscientia praescribere, quicquid sit de foro exteriori, & in hoc lat. paritas inter emptionem, ac venditionem, & praescriptionem. Verum quia etiam in venditione, & emptione non intervenit fraus, aut mala fides: adhuc tamen qui rem suam supervendit, & qua vilius emit, etiam poenam a lege non incurrit, si citra medietatem justii pretii plus vendiderit, vel minus emerit: in foro tamen conscientia teneatur illud plus, vel minus restituere, & ponere aequalitatem. Idcirco...

XIII. Respondio secundo, disparitatem esse. Nam leges, quae in materia venditionis, & emptionis non concedunt decepto actionem contra deceptorem, si deceptio fit infra medietatem justii pretii, sunt tantum permissiva: Leges autem praescriptivae differunt a permissivis, quod illae conferunt jus in conscientia, illae vero non.

Ad dignoscendum autem, quandomodo lex sit praescriptiva, & quando solum permissiva, attendi debet ad medium, quo utitur lex ad suum finem, qui est bonum commune consequendum. Si enim medium ita fit malum, ut nulla via possit coherensari tunc tantum est permissiva: & sic lex permittit meretricios, & in iudicio defendit, ac evitanda adulteria, & alia peiora mala. Si autem medium, vel sit opus de se honestum, vel possit aliqua via honestari ex intentione legislatoris: ita ut, quatenus ordinatum ad finem legis, malum non sit, lex erit praescriptiva, & directiva. In casu ergo praesentis lex de praescriptione habet pro fine, ut rerum dominia sint certa, quod licet vitentur, & a Civibus anxietatis tollantur, & alia, quae supra diximus: & ad consequendum eligat, ut post tantum tempus res maneat apud bone fidei possessorem, & in ipsum transferatur dominium in perpetuum. Hoc medium per se malum non est, immo, ut necessarium ad finem legis per se bonum est: & ideo potest a lege precipi. Sicut potest a lege precipi quod, ob commune bonum, aliquis muletetur, & spoliatur bonis suis. Ad deceptio ita per se mala est, utpote contra iustitiam ponens inaequalitatem; ut nulla via possit coherensari. Quare etiam leges ad evitandas frequentes lites, quae ex contractibus orientur, si pro quibus inaequalitate daretur actio in iudicio, deceptio nem circa medietatem justii pretii non puniunt; non tamen transferunt dominium in damnicentem, nec eam praecipunt, sed tantum tolerant, & permitunt.

XIV. Ad Confirmationem disparitatis est inter Principem, seu Republicam, & Iudicem: quod Principi, seu Republicae incumbit prospicere bono publico: unde si bonum publicum exposcat, potest bone fidei possessori praescribendi applicare dominium rei: etiam sine culpa prioris domini. Index autem non potest transferre dominia; sed solum potest, & debet, secundum allegata, ferre sententiam, & cuique tribuere, quod suum est.

D U B I U M I.

Conditiones requiritae ad Legitimam Praescribendam.

S. I.

Quarum Res sine Inhabilibus ad Praescribendam.

I. Conditiones legitime praescriptionis quarum sunt. Prima, res apta praescribi. Secunda, bona fides. Tertia, iustus titulus. Quarta, possessio legitimo tempore continuata. Quae haece carminibus clauduntur: Si res apta, fides bona, sit titulus quoque iustus: Lex requisitum possessio, tempus adhaerent. Hic ergo de prima conditione agitur.

II. Res inhabiles ad praescribendum sunt: Primo, Quae jure divino competunt, ab alio praescribi non possunt: Sic potestas, & iudicium Summi Pontificis, cum sit iuris divini, a nullo praescribi potest. III. Secundo, Quae jure naturali sunt prohibita, nullius temporis duratione praescribi possunt, & fieri licita. Quocumque enim durationis temporis non minuit, sed auget malitiam, & turpitudinem peccati. Cap. Cum haberet, De eo, qui duxit etc. & S. Thom. in 4. dist. 42. art. 1. ad 2.

IV. Tertio. Et, quae jure civili, vel canonico, prohibita sunt possideri, aut alienari, praescriptionis capacia non sunt. Nam in primo casu deficit possessio: in secundo autem plerumque deficit iustus titulus, & defectu iustae alienationis; & concurrit error iuris, qui ad usucapionem non juvat. Leg. Nunquam 31. ff. de Usucapionibus. Et Cap. Hoc consilium, de reb. Eccl. non alien. Hinc praescribi non possunt, primo: Loca sacra, religiosa, publicis usibus deputata; ut forum, theatrum, pontes, via publica, Leg. Usucap. 9. ff. de Usucapione. Secundo: Praescribi non possunt a laico contra Ecclesiasticos jura spiritualia; ut supra declamandi, confertendi Beneficia etc. Tertio: Non datur praescriptio contra obedientiam. Cap. Cum non licet, Et Cap. Cum ex officio, De praescrip. Hoc tamen intelligendum est, non sic, ut non possit dari praescriptio contra obedientiam huius potius, quam alteri; sed visum, ut non possit dari praescriptio contra obedientiam, aut visitationem absolute: quasi quod nulli debeatur obedientia, nulli visitatio. Quia absurdum est, dari homines acephalos, id est, sine Capite, & Superiore.

V. Quarto. In actibus meret fecundis, seu in his, quae pro suo arbitrio homines volent facere, vel omittere, nullo jure, vel obligatione interveniente, non potest cadere praescriptio, nisi is, qui facultatem habet, alterius prohibitioni cum potentia acquiescit. In tali enim casu potest prohibens contra illam praescribere. Unde si quis domum suam altius haecus non edificavit, non ideo contra illum praescribitur: si tamen ab alio prohibitus, cessavit illum edificare contra illum currit praescriptio.

VI. Quinto. Res indivisa communis pluribus, nullo tempore, aliquo illorum praescribi potest; quia non ne aliorum possidet. Leg. Si communis, ff. Quae admodum servitus amittatur.

VII. Tandem res furtivae, vel violententer detentae praescribi non possunt, quamdiu vicio furti, aut violentiae purgatae non fuerint, S. Furtiva 9. Aliquando, Inst. de Usucap.

S. II.

Quomodo Bona Fides requiritur ad Praescribendum.

VIII. Bona fides est credulitas, quae quis sibi prudenter in Bona fide, rem, quam possidet, esse suam; vel saltem inculpabiliter ignorat, eam esse alienam. Dicitur Praescrip. & Inculpabiliter. Quia persuaasione ex causa ignorantia procedens non facit bonam fidem; ad quam necessarium requiritur iudicium prudens, seu conscientia invincibilis, quod res, quam possidet, non sit aliena.

IX. Prima, quae hic occurrit quaestio, est: an bona fides ad omnem proflus praescriptionem sit necessaria. Jura civilia olim admittunt praescriptionem etiam in male fidei possessore, ut videtur in Leg. Regia 21. tit. 29. & indicit S. Thom. Quodlib. 52. art. 24. Dub. praes. 3. n. 8. relatus. Sed huiusmodi Leges abrogatae, & antiquatae fuerunt a Summis Pontificibus Alexander III. Cap. Vigilanti, de praescrip. ab Innocentio III. in Concilio Later. C. 42. his verbis: Quoniam omnes, quod non est ex fide, peccatum est, Synodali iudicio definitum, ut nulla valeat abique bona fide praescriptio, tam canonica, quam civilis; cum sit generaliter omni conscientia, anque consuetudinis derogandum, & quae ab usque moraliter non potest obsonari peccato. Unde oportet, ut qui praescribit, in nulla ex parte peccato sine habeat conscientiam aliena. Et Bonifacius VIII. Regula 2. juris in 6. Possessor mala fidei nullo tempore praescribit. Ex his.

X. Dico. Ad legitime praescribendum necessarium requiritur possessio bone fidei, continuata usque ad tempus pro praescriptione definitum; & ideo sanctissime jura Pontificia leges civiles contrarium asserentes abrogant. Prima, & secunda pars simul probantur. Prima quidem ex allatis Pontificis legibus constat. Pro secunda vero sic discuro. Merito Pontifices abrogant leges illas, quae erant iniuriae: ac tales erant leges concedentes dominium, vi praescriptionis, possessori male fidei; ergo etc. Maj. est certa. Quia Principes fideles subiecti sunt Summo Pontifici; & potestas secularis subditur Ecclesiasticae, in ordine ad bonum spirituale, & salutem animarum Fidelium: sique potest tollere leges iniuriae, quae sunt contra jus naturale, & bonum spirituale Fidelium. Min. probatur. Leges, quae favent peccato mortali, & cedunt in perniciem boni publici, iniuriae sunt, & iniuriae; quia tota aequitate legum ex conformitate ad legem naturalem, & ordine ad finem publici boni sentitur; & ideo leges permissivae meretricium inique non sunt; quia licet peccatum mortale permittant, hoc tamen sciunt ad majus malum a publico averendum: sed leges concedentes jus praescriptionis possessori male fidei, non solum favent peccato mortali, sed etiam cedunt in perniciem publici boni; ergo etc. Min. probatur. Possidere alienum mala fide, peccatum mortale est: quia quod non est ex fide, id est, conscientia, peccatum est. Rursus: contra jus naturae est, quod furti, hoc ipso, quod est in mora ad restituendum, acquirat sibi dominium rei furtivae; aut, quod hac de causa defendatur a iudice in possessione: ite autem leges concedebant furtibus, sub istam causam, dominia rerum ablatarum, & eos in iudicio contra verum dominum defendebant; ergo favebant peccato contra jus naturae. Quod autem esset quoque in perniciem boni publici, probatur. Quia dicitur leges dabant anam perditis viris occupandi res alienas; dum sciebant, post aliquod tempus possessionis etiam iniuste acquisite, sibi dominium illarum tempore comparandum, seque a iudice contra verum dominum defendendos.

XI. Ex his colligitur, non esse sustinendam sententiam Adriani: Quodlib. 6. art. 3. dicentis illas leges seculares esse iustas: non tamen conferre jas in conscientia: sed solum denegare actionem vero domino, ut post exactum illud tempus a lege definitum, possit res suas petere a possessore eorum Iudice: eo modo, quo (S. precedente leges denegant actionem decepto circa dimidium justii pretii. Nam ad hoc jam data est ibi disparitas: quod lex denegans actionem decepto circa dimidium, est lex tantum permissiva; non quasi hoc approbans, & concedens dominium rei non suae, sed quasi non puniens. At leges concedentes jus praescribendi possessori male fidei, essent non solum permissivae, sed praescriptivae, & concessivae domini iniusto possessori.

XII. Sed dices. Carolus V. in Conventu Martini, an. 1528. petitione 157. legem edidit, mercedem a famulis exigi non posse, elapso triennio ab eo die, quo a famulis cessavit; sed in hoc casu impossibile est, quod non contingat mala fides in dominis, & ex hac acquirant dominium mercedis ferri debite; ergo etc.

Rursus: Cap. Placuit, de praescrip. conceditur Episcopo; ut triennio partem Ecclesiae, quam scie esse alienam, praescribat ergo a jure Canonico admittitur praescriptio cum scientia rei alienae.

XIII. Respondio ad primum: Carolus V. ea lege non concedere dominium stipendiis domini, qui toto triennio non solverint, si habuerint malam fidem; sed duo statueret. Unum, quod in casu dubii pronuntianda sit sententia pro dominis contra famulos, elapso triennio. Alterum, quod cum fuerit certa mala fides domini, non continuo parata sit executio contra illum, sed admittatur ad probationem. Ita Covarruv. P. 2. S. 11.

XIV. Ad secundum, quod magis urget, suppono, Canonem illum Concilii Africani, tempore haeresis, fidei schismatici Donatitarum, quo Episcopi aliqui negligebant ob suas revocare ad Catholicam veritatem, statueret, ut, si aliquis Episcopus locum aliquem ad Catholicam unitatem converterit, si per triennium teneat locum illum, Episcopo illius eum non repetente, de cetero non repetatur. Quod statuit in poenam inculpabilis negligentiae, qua Pastor, oves suas ad unitatem promovere neglexit, & promotas confirmare per triennium non curavit.

Neque dices. Ergo etiam in poenam negligentiae in repetenda res sua, poterit ab eo transferri dominium in possessore: est ille sciat, rem illam non esse suam, & sic male fidei possessore.

Nego enim conseq. & suppositum. Lex enim de praescriptione non est lata in poenam, nec praecipit culpam proprii domini; sed lata potissimum fuit, ne rerum dominia manerent incerta, ut supra vidimus. Addo: quod negligentia domini in res sua repetenda non est talis culpa, ut praescribere mereatur privari a quocumque possessore: potest enim, eam prout sibi libuerit, derelinquere. Ad culpa Pastoris negligentis, oves sibi commissas pacere in eis praecipue, quae eorum salutem spectant, tanta est; ut qui eis longo tempore dereliquerit, Pastor non sit; ideoque ab eis eorum cura, & iudicium iuste eripiendi, & alteri, qui eas a periculo liberavit, quicunque ille sit, tamquam vero pastor tradenda.

XV. Ex his inferitur, debitorum, nullo unquam tempore praescribere, aut eximi ab obligatione solvendi debitum. Quod patet. Tum quia leges iuste abrogant omnem praescriptionem cum scientia rei alienae. Tum quia obligatio, quae oritur ex aequitate juris naturalis, non tollitur, nisi per modum juri naturali conformem: hic autem modus, ad tollendam obligationem solvendi debitum, alius non est, quam solutio, vel condonatio debiti. Tum denique: quia debitor, vel initio habuit animum solvendi debitum, vel non, si non; ergo non est ex bona fide, ideoque non potest praescribere. Si habuit; nullam coepit possessionem, sed illam integram reliquit creditori: sine possessione autem praescriptio non currit.

S. III.

Quando solvetur Fides.

XVI. Quaes primo: An possessor constituitur in mala fide, si dubitet, an res sit sua, an aliena?

Procedit quaestum, tam de eo, qui cum dubio coepit rem possidere; quam de eo, qui cum dubio dubitatione coepit possidere, postea illi subortum fuit dubium; an res, quam possidet, sua sit, an alterius. Et loquitur de dubio prudenti, & rationabili, quo nimirum ex probabilibus motibus prudenter in praxi dubitat: non autem de dubio, quod leviter scrupulis, ac fundamentis nititur. Hoc enim non impedit bonam fidem, nec eam interrumpere, five ab initio, five postea infirgat, constans est omnium sententia. Dependendum tamen est praescribere tale dubium iudicio Confessarii, aut viri docti a dabitate consulendi. Loquendo ergo de dubio praecedenti, & rationabili,

XVII. Dico primo. Qui cum dubio praecedenti, & rationabili, an res sit sua, coepit possidere, non fit possessor bone fidei; nec ea possessione potest praescribere, donec deponat dubium: quo deposito, incipit illi currere tempus praescriptionis, etiam si remaneat illi aliquod dubium speculative; Plures habet partes hoc Afferum.

Prima, nempe, quod qui cum dubio coepit possidere non fit bone fidei possessor, constat. Tum quia: Lex Bone fidei, ff. de Acquir. rer. domini dicitur: Bone fidei emptor, non dubia etc. ergo bona fides distinguitur contra dubiam. Secun-



omnino extinguatur, & ineptum ad prescribendum judicatur. His polius.

XLVII. Dico primo. Prescriptio dormit tempore pestis, & belli, quando homines latere, & tribunalia silete solent. Quia generaliter non valent agere non currit prescriptio.

XLVIII. Dico secundo. Prescriptio dupliciter interruptitur: naturaliter, & civiliter. Naturaliter, cum post prescriptionem recte inchoatam debeat aliquid ex requisitis ad prescriptionem necessariis, ut possessio, titulus, bona fides.

XLIX. Hic tamen advertendum est primo: quod si post litem motam sequitur sententia absolutoria prescribitis, tunc tempus litem moritur computatur ad prescriptionem.

L. Dico tertio. Beneficium restitutionis in integrum contra prescriptionem. Hoc supererat pro integra prescriptiois notitia. Igitur restitutio in integrum est remedium juris, quo hominibus laesa, seu circumventis Praetoria auctoritate succurritur.

LII. Dico primo. Adversus prescriptionem inmemorabilem nemini datur beneficium restitutionis in integrum: quia haec censetur jure privilegii: damnum tamen non desinit requiritur legitime prescriptiois, praecipue bona fides.

LIII. Dico secundo. Beneficium restitutionis in integrum datur minorennibus, Ecclesiis, Hospitalibus, aliisque piis locis, quae in favorabilibus aequiparantur pupillis, & minorennibus, ex hypothese, quod contra illos currat prescriptio, est longissimi temporis, quod beneficium quadriennio datur, computando a die prescriptiois completa, & minorennibus cognitae.

LIV. Majoribus autem 25. annis conceditur etiam hoc beneficium, sed minor liberalitate: quia non sunt ita favore juris muniti, sicut minores. Unde, ut isto beneficio gaudeant, oportet, ut adde justa & gravior causa, qualis censetur, primo, Necessaria, vel justa absentia, vel involuntaria, ut si in hostium potestate, captivitate, vinculis fuerit: si causa evadenda valetudinis in aegritudine, si belli, vel pestis tempore abfuerit. Secundo, Justa, ut si abfuerit in causa Ecclesiae, negotiis Republicae tamquam Legatus, Procurator, miles: quibus aequiparantur, qui causa Studiorum peregrinantur.

LVI. Neque dicat. In principio justitiae, jus naturale esse illud, quod Natura omnia animalia dedit: ergo jus naturale est commune hominibus & brutis: cur ergo non etiam dominium? Nam respondeo, neg. conf. Brutis enim jus naturale attribuitur solum aequivoce, & materialiter: quatenus sciunt naturaliter instinctu, & impulsu, quae homines faciunt jure, & recta ratione praedicti.

faciant haec pro aliqua Candidati instructione. Res enim hujusmodi Juribus, & Canonibus magis sunt, quam Theologi.

QUESTIO VII.

De Subjecto Domini in Communi.

DUBIUM I.

Quam Naturam sit Capax Domini.

S. I.

Resolvitur de Creaturis Irrationabilibus.

I. Joannes Gerson, de Possessione Ecclesiastica, Consider. 23. & De Vir. Spirit. Lib. 3. videtur sentire, quod etiam in brutis, imo & in aliis creaturis sentit appetitibus, sit aliquam rem dominium. Quod quidem, quod brutis, probat ex illo, Gen. 1. ver. 29. Ego dedi vobis omnem herbam...

II. Quod alias res inanimatas probat ex Genes. 1. ver. 16. ubi dicitur, quod fecit Deus Duo luminaria magna: luminare majus, ut praeseret nocti. Solum est autem aliud praesens, quam dominium? Et certe Sol, & Luna dominantur huic mundo inferiori, cum calore, virtutem, imo & vitam, ac motum infundunt. Dum etiam ratione. Nam dominium nihil aliud videtur esse, quam facultas ad rem quamlibet argui quolibet res facultatem haec habet, nam Sol facultatem habet ad illuminandum, gravia ad motum deorsum, levia ad sursum; ergo &c. His tamen non obstantibus.

III. Dico, Nulla creatura irrationalis, sive sensu praedita, sive sensu carens, est capax domini. Probatur primo. Quia, Genes. 1. pro ratione supremi domini in omnia animalia assignatur imago divinitatis, sive in ratione, & libera voluntate consistit: Faciamus (inquit Deus ver. 26.) hominem ad imaginem, & similitudinem nostram. Et praesertim piscibus maris, & volatilibus caeli, & bestis, universae terrae, omniaque reptilia, quae moventur in terra. Quae ponderans S. Augustinus, Tract. 8. in 1. Epist. Joann. ait: Quia homo ex eo habet personam, ex quo factus est ad imaginem Dei. Ubi autem factus est ad imaginem Dei in intellectu, in mente, in interiori homine; in eo, quod intelligit veritatem, adjuvat justitiam, & injustitiam. Ergo ubi non sunt haec, ut non sunt in brutis, ibi non est potestas domini.

Secundo. Si bruta haberent aliquam rerum dominium, puta pabuli; sequeretur, quod si quis illud auferret, injuriam eis irrogaret, ac subinde peccaret: contra justitiam; quia auferre rem domino invito injuria est: sed neque animalibus, neque ulli creaturae ratione carenti injuria irrogari potest; ergo nulla creatura ratione carens capax est domini. Minus probatur. Injuria non fit, nisi nolenti; ergo ubi voluntas non est, injuria non erit, nec subinde dominium, ad cuius privationem injuria sequitur.

IV. Confirmatur. Illius solum potest esse aliquam rerum dominium, cuius proprium est libero, & electione operari: unde homo illarum tantum operationum dominus dicitur, & est, quia libere, & non ex necessitate ponit quia dominium est, quia libere pro libito, & posse non facere: sed creaturae irrationales necessario agunt quicquid agunt; ergo nullius rei habent dominium. Rursus: non potest esse aliarum rerum dominium, qui non est dominus sui, nec suarum operationum dominus; ergo &c. Videtur de hoc S. Thomas, 2. 2. qu. 1. art. 2. & 3. Præterea: dominium est jus utendi re ad quemcumque usum lege non prohibitum: sed creaturae irrationales non possunt uti re aliqua, quia usus est mediatur ad finem: creaturae autem irrationales non possunt uti mediis, propter finem, cum nequeant commovere proportionem mediiorum ad finem, ut S. Thomas loco mox citato, ergo &c.

V. Neque dicat. In principio justitiae, jus naturale esse illud, quod Natura omnia animalia dedit: ergo jus naturale est commune hominibus & brutis: cur ergo non etiam dominium? Nam respondeo, neg. conf. Brutis enim jus naturale attribuitur solum aequivoce, & materialiter: quatenus sciunt naturaliter instinctu, & impulsu, quae homines faciunt jure, & recta ratione praedicti.

VI. Neque insuper obicit ea, quae ab initio in oppositum adducta sunt. Nam illud ex Genes. 1. ver. 29. Ego dedi vobis omnem herbam &c. contrarium potius ostendit. Quia aperte significat dominium herbarum &c. esse datum homini, ut ex iis sustentet se, & sua alimenta, & pecudes.

Ad

Ad illud de apibus, & gruibus, dico, solum evincere, quod quaedam animalia ex naturali instinctu habent quoddam simulacrum gubernii, quoddam dominium metaphoricum: ad eum modum, qui in formica dicitur esse sapientia, vel prudentia juxta illud Prov. 6. ver. 6. Vade ad formicam, o piger, & considera vias ejus, & discite sapientiam.

VII. Quod autem dicitur in Genesi Solem factum fuisse, ut praeseret diei, facit locutionem metaphoricam quatenus sicut qui praesert, & dominatur splendet in populo: ita Sol, qui in mundo fulget, & diei dat lucem praesert per metaphoram dicitur.

Ad id, quod additur, nego, quod dominium fit solum facultas ad operandum: sed debet esse facultas ad libere disponendum de re: secundum omnem usum lege non prohibitum, quod soli rationali naturae convenit.

S. II.

Resolvitur de Naturis Rationalibus.

EX dictis facile apparet, solum naturam intellectualem, quippe ratione, & voluntate naturam, veri domini capax esse. Quia tamen natura intellectualis Deo, Angelis, & hominibus convenit; Deo quidem in summo gradu, Angelis in medio; hominibus in infimo; solum.

VIII. Dico primo. Deo soli convenit dominium, absolutissimum, & inabdicabile dominium supra omnia creata. Probatur. Quia solus Deus est creator, & gubernator omnium: quatenus creator, est Dominus totius entitatis, & cujusvis actionis ejus: quatenus gubernator, omnia dirigit ad suum finem, nempe, ad se ipsum. Unde quia creator, omnia sibi subicit, tamquam cause prima, & prorsus independenti: quatenus vero gubernator; omnia sibi subicit tamquam ultimo fini. Quare hoc inter dominium Dei, & hominis discernimen est: quod homo non est dominus naturae, sed tantum usus: Deus autem dominus est usus, & naturae. Non solum enim ea potest quomodocumque voluerit; sed etiam potest eam immutare, in nihilum redigere. Hinc Deus dicitur solus Dominus. Unde refert Suetonius, quod cum quidam largionem Octavianum Angulum Dominum conclamasset; id ipse ægre ferens prohibuit, ne deinceps Dominus vocaretur, sed diminutive Dominus; tacite indicens, nomen Dominus soli Deo proprie convenire, & independente voluntate uti potest quaecumque creatura ad quoscumque usus, & fines sua sapientia; ergo &c.

IX. Dico secundo. Angelus habet quidem dominium supra suas operationes: sed supra haec res corporales dominium proprie tale non habet, sed solum praesidentiam quamdam, ex dispositione divina. Tres habet partes hoc assertum. Et prima liquet. Nam Angelus est intellectualis, & liber; ergo dominus est actionum, quae sua sunt libertati.

Secunda pars probatur. Nulli enim legitimum, dominium proprie tale supra res corporales datum Angelis, sicut legitimum datum homini, ut dicemus. Deinde dominium proprie tale est jus disponendi de re aliqua, tamquam sua, in proprio commodum &c. Sed Angeli, qui sunt spirituales, nequeunt uti rebus corporalibus in proprio commodum: quid enim Angelo conferre commodi potest tota haec corporalis machina? Ergo &c.

Tertia, vero pars ostensa a nobis fuit, Tom. 1. in 1. par. qu. 1. Dub. 4. S. 1. & 2. Ubi diximus, totum huic mundum visibilem per Angelos gubernari; singulari Regnis, ac Provinciis singulis esse praepositos: immo singulis hominibus, tamquam custodis, & ministris Dei ejus mandata exequentes. Unde Apoc. 7. ver. 2. dicitur, quod quatuor Angeli Datum est necesse terra, & mari, tamquam scilicet voluntatem Dei exequentibus: quare statim eis injungitur: Nolite necesse terra, & mari, neque arboribus.

X. Dico tertio. Homini datum est verum dominium supra has res corporales inferiores. Probatur, ex Genes. 1. ver. 26. Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram. Et praesertim piscibus maris, & volatilibus caeli, & bestis, universae terrae, omniaque reptilia, quae moventur in terra. Quod repetitur, v. 28. Replete terram & subjecite eam, dominimini piscibus maris, & volatilibus caeli &c. Et Psal. 8. ver. 8. Omnia subjecisti sub pedibus ejus, oves, & bos, universas: insuper, & pecora campi. Unde universa propter hominem condita sunt, eique a Deo tradita, ut illis in suum commodum utatur.

S. III.

An Peccatores, & infideles sint Domini Capaces.

XI. Dico quarto. Homines etiam peccatores, imo & infideles, habent verum dominium. Priorem partem tenent ostendimus, contra Wiclefium, Tom. 1. in 1. 2. Tract. de Legibus Qu. 6. de lege humana, Dub. 6. S. 2. Ubi probavimus, Principes, ac Praelatos esse veros dominos; est illi canonice fide, vel hi sint in peccato mortali: quae hoc revocanda sunt. Utraque autem pars continetur in Sacra utriusque Testamenti pagina: Paulus enim, Rom. 23. v. 1. vult, ut Omnia anima peccatoribus sublimioribus subacta sit: non enim est peccata nisi a Deo, & ver. 7. concludit: Reddite ergo omnibus alicui tributum, tributum, cui tributum, cui vestigal, vestigal. Quod & Christus ipse fecerat; Matth. 17. ver. 26. solvendo pro se, Gestis Theol. Tom. II.

& Petro tributum, sicut solvendum dixerat, Lucæ, 10. ver. 25. Reddite, quae sunt Caesaris, Caesari. Et tamen tunc Caesar, ac ceteri Principes infideles erant. Peccatores quoque veros esse dominos, demonstrat S. Petrus, Epist. 1. cap. 2. ver. 13. dicens: Subjetti igitur estote omni humanae creaturae propter Deum: sicut Regi quasi praesertenti, sicut Ducibus &c. Quia sic est voluntas Dei &c. Et ver. 18. Servi subditi estote in omni timore domino, non tantum bonis, & modestis, sed etiam asperis. In veteri etiam lege inter Reges & Principes recentetur non solum pii, ut David, Josaphat, Ezechias &c. sed etiam Achab, Manasses &c. quamvis impii, & idololatrae.

XII. Ratio autem est. Quia radix proxima, stultus, & subiectum domini sunt ratio, contractus, haereditas, possessio, electio &c. quae omnia inveniri possunt non solum in hominibus, sed & in peccatoribus, & infidelibus. Adde: quod sicut peccatum, & infidelitas non tollunt ab homine dominium in propriis actionibus, vitam, membra, & famam: quia non tollunt ab eo rationem, ac libertatem: ita nec ab eo tollunt jus & dominium in cetera bona, quae quoque iusto titulo possidet. — Et tandem. Nam cum nemo sit certus, an sit in statu gratiae, an peccati, incerta forent rerum dominia. Nulla insuper esset inter homines fides, ac securitas: cum quilibet, praetextu peccati, posset inhicere spoliationi bonorum alterius, neque amplius aditus pateret injuriis.

XIII. Neque dicat cum Armacano, voluntatem non esse se sola radicem totalem domini; sed requiri ut sit iuncta fidei, & charitati. Quando enim Deus, Genes. 1. concessit Adae dominium, benedictione ipsum praeunivit, quo designabat aliquid supra naturam, pertinet ad ordinem gratiae. — Praeterea: fundamentum domini in eo consistit, quod homo fit conditus ad imaginem, & similitudinem Dei, Gen. 1. ver. 26. sed per peccatum mortale homo amittit imaginem Dei: quia comparatur jumentis insipientibus, Psal. 48. ver. 13. ergo &c.

XIV. Respondetur enim, neg. assumptum. Alias sequeretur, quod cum Deus semper concedat Justis id, ad quod habent jus ex charitate: eis concederet plura temporalia bona: quod magis justis essent, si ex charitate ad ea jus haberent: quod tamen falsum est. Immo Christus a temporali possessione Justos, ac perfectos dehoratur, Matth. 19. ver. 21. Pater, & mater &c. Ad primam prob. dico, benedictionem illam non fuisse collationem alicujus boni supernaturalis, alioquin etiam animalia bruta, quae sicut a Deo pariter benedicta, Gen. 1. ver. 22. vel aliquo supernaturali dono insignita, vel domini capacia fuissent effecta; quod falsum esse supra ostendimus. Fuit ergo illa benedictio non gratiam conferens, sed naturalem speciei propagationem largiens: unde statim subditur: Crescite, & multiplicamini.

Ad secundam, nego min. Referente enim Epiphano, Epist. ad Joann. Hierosolymis, fuit error Origenis, Adam per peccatum imaginem Dei amisisset. Amisit quidem Adam peccando justitiam originalem, cujus beneficium appetitus sanctus perfecte subiebat rationi; & hac amissa dicitur factus similis jumentis insipientibus: quia concupiscentia carnis, & appetitus sensitivus eum ad sensibilia trahere cepit. Non tamen amisit naturalem libertatem arbitrii, in qua imago, & similitudo Dei sita est.

XV. Neque dicat iterum. Scriptura docet, propter solum peccatum amitti dominium. Benedictus enim 10. ver. 2. dicitur: Regnum a Gente in Gentem transferetur propter injustitias, & injurias, & contumelias, & diversa delicta. Et ratio est, quia non est dominium, nisi a Deo: Deus autem non conferre dominia improbis. Primo. Quia sunt ejus hostes. Secundo. Quia videretur abusus dominii dñm approbare.

XVI. Nam respondeo, Scripturam solum docere, Deum aliquando punire homines propter peccata, transferendo ab eis Regna, & dominia: sic olim punivit, & modo punit Judaeos: non tamen, quod homines, hoc ipso quod peccant, amittant Regna, & dominia. Verum quidem est, dominia esse a Deo: decet tamen Dei benignitatem, ut, sicut Matth. 5. ver. 45. Solem suum ovis faciat super bonos, & malos, & pluit super justos, & injustos, sic etiam generalis sua providentia dominia conferat justis, & injustis, quoniam eorum injustitias, & abusus approbet: sed, vel ut tali beneficio eos ad se alliciat, vel ut remuneret quaedam moralia eorum beneficia, vel peccata subditorem puniat. Videndus haec in re S. Angustinus, lib. 5. de Civitate Dei, cap. 15. & 19. praesertim 21. haec habet: Non tribuimus dandi Regni, atque imperii potestatem, nisi Deo vero, qui dat felicitatem in Regno Clorum suis piis: Regnum vero terrenum, & plura, sicut et placet, et nisi iusti, placeat. Et post multa subiungit: Qui Maris, ipse Ceteri Caesaris, qui Augustus, ipse et Nervus, qui Vespasianus, vel Ceteri, vel filii, sanctissimi Imperatoribus, ipse, & Domitiano crudelissimo: & ut per singulos ire necesse sit, qui Constantinus Christiano, ipse Apostata Juliano... Haec plane Deus vult, & verus regis, & gubernator, ut placet: & si occulit causas, nunquid injustus?

S. IV.

De Religiosis, an Capaces sint Domini?

XVII. IN hoc quaestio possumus loqui, vel de tota Communitate alienigenae Ordinis Regularis; vel de singulis Religiosis in eo professis. Non loquimur de Clericis, quia de his locuti sumus supra.

Dico primo. Probabile est, Religiosos professos habere posse dominium rerum temporalium; sive mobilium, sive immobilium in communi; ita ut ipsa Communitas vero do-

H h 2